

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentarijs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentarijs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae VII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

lib. I. in Ver. c. 10. et pro debito-
re, vt hic, et quod ab Alphio fene-
ratore dici solitum refert Columel-
la lib. I. c. 7. *vel optima nomina*
non appellando fieri mala.

Antonium] C. Antonium, colle-
gam Ciceronis in consulatu, qui
hoc tempore Macedoniam regebat.

Omnes] Omnes, qui testes sunt
meorum in te meritum. Dixit
enim in epistola superiore: *Mens*
in te animus quam singulari offi-
cio fuerit, et senatus, et populus
Romanus testis est.

Desiderant] Sic in proxima su-
periore: *Si abs te summa officia*
desiderem, mirum nemini videri
debeat. Et ibidem, post: *Pro iis*
rebus nullam mihi abs te relatum
esse gratiam, tu es optimus testis.
Notatur ingrati animi vitium hoc
verbo: quia desiderantur ea, quae
non habeamus.

In senatu] Cum ageretur de An-
tonio ex prouincia ob rapinas re-
vocando: vt ex lib. I. ad Attic.
epist. 12. intelligo: in qua scriptum

est hoc: *mihi Pompeiani prodromi*
nuntiant, aperte Pompeium actu-
rum, Antonio succedi oportere. Et
ibidem paullo post, pecuniae no-
minantur a C. Antonio iniuste co-
actae. ea porro epistola iisdem,
quibus haec, id est, Pisone et Mes-
salla coff. scripta est. Reuocatus
tamen Antonius hoc anno non est,
sed in prouincia mansit vsque ad
consulatum Caesaris et Bibuli; qui-
bus consulibus damnatus est, atque
etiam videtur aliquot eius anni
menses in Macedonia fuisse, si epi-
tomae Liuianae 103. verba conside-
rentur.

Grauiissime] Vt, grauiter accu-
sare, ita grauiter defendere, dici-
tur: quae summi studii significatio
est.

Defendi] Quamquam, nec lice-
re sibi eum defendere, nec libere,
iam ad Atticum scripserat, lib. I.
epist. 12.

Commouit] Ita commouit, vt
manserit postea C. Antonius in
prouincia vsque ad Caesarem et
Bibulum coff.

EPISTOLAE VII. ARGVMENTVM.

Gratulatur Pompeio de Mithridate victo: deinde carpit eum, vt
gratiae referendae parum studiosum, quia sibi de Catilinae coniuratio-
ne exstincta frigide gratulatus erat: se tamen ei tum in republica, tum
in amicitia coniunctum fore significat. scripta Silano et Murena coff.
ante ceteras omnes, quae hoc volumine continentur.

EXPLANATIO.

CN F.] Cn. Pompeii Strabonis,
qui de Asculanis et Picentibus
consul triumphauit, anno DCLXIV.

Magno] Hoc ei cognomen de-
dit Sullae salutatio; cum adhuc
eques Romanus, adolescens annos

natus XXIV. Siciliam, eiecto Per-
perna, caeso Carbone consule, Ma-
rianarum partium ducibus, recu-
perasset, Africam vero XL. diebus,
interfecto Cn. Domitio, Hiabara,
Numidia rege, capto subegisset.
epitome

epitome Liniiana 89. Velleius lib. 2. c. 30. Plinius lib. 7. c. 26. Plutarchus in Pompeio, alii.

Missi] Ex castris, confecto bello Mithridatico: ex quo triumphauit anno sequenti, pridie Kal. Oct. die natalis sui, vt scripsit Plinius lib. 37. c. 2.

Spem otii] Ab externis bellis. vnus enim, reliquis deuictis aut pacatis, formidandus hostis Mithridates videbatur: cum quo per annos triginta continenter bellum gessit populus Romanus.

Pollicbar] Id maxime pollicitus est in oratione pro lege Manilia.

Veteres hostes] M. Crassum et L. Lucullum puto significari; quibus potentia et gloria Pompeii molesta semper fuit. *Contrarius de senen-*

intelligit.] *Nouos amicos]* Pompeio quidem ita reconciliatos, vt apertas non gererent inimicitias, eius tamen secunda fortuna valde moerenter.

Perculsi] Perculsi deturbantur, et deturbati iacent. ideo dixit, *vehementer litteris perculsos atque ex magna spe deturbatos, iacere.* sic lib. 4. epist. 4. *perculsa et prostrata foedissimo bello iacent omnia.*

Ex magna spe deturbatos] Non dubito, quin hoc loquendi genus, vt alia multa, a Graecis fontibus deduxerit. dixit enim Plato in Euthyphrone: 'Απ' ἐλπίδος με κατὰ βαλὼν μεγάλης ἀπέρχη.

Meorum officiorum] Quorum te non satis esse memorem, litterae tuae significant. Officia vero Ciceronis in Pompeium erant multa: cum eius dignitatis ab adolescentia fautor, in praetura autem et in consulatu adiutor etiam existisset.

quod scripsit ad Lentulum lib. 1. epist. 9. praetor enim fuasit Manliam rogationem, vt ei bellum Mithridaticum demandaretur: consul ad senatum retulit, quia maritimis terrestribusque bellis virtute sua Pompeius finem attulisset, vt ei duplicaretur supplicatio consularis, id est, dierum decem decerneretur: quod antea nemini concessum erat. in orat. de prouinc. c. 11.

Non mutue ERN. mutuo respondetur.] Et hic mordet Pompeium, qui suis officiis non mutuo respondere videatur.

Facillime patior] Hoc loquendi genere neque laetitia, neque molestia significatur: perinde ac si dicas, non laboro. probatur exemplis. lib. 1. epist. 9. *Facile patior, ea mo de republica sentio ac dicere, quae maxime cum mihi, tum etiam reipublicae rationibus putem conducere:* pro, non inuitus ea sentio ac dico. et lib. 6. epist. 11. *Vestorius, noster familiaris, ad me scripsit, te mihi maximas gratias agere. Hanc praedicatio tua mihi valde grata est, eaque te vti facile patior.* Et lib. 12. ad Attic. epist. 24. *Et Hirtium aliquid ad te σμπαδῶς de me scripsisse facile patior.*

Mea summa erga te studia] Quae non tanti Pompeius aestimare videbatur, vt cum diligeret: idque significauerat gratulatione praetermissa.

Res eas gessi] Quarum causa senatus ei togato supplicationem decreuit; Q. Catulus parentem patriae nominauit; L. Gellius ciuicam coronam deberi a republica dixit. lib. 15. epist. 4. et in Pisonem c. 3. Gellius lib. 5. c. 6.

Ne